

De Ho 1632.

Serenissimo Electori Brandenburgico
J. Johanni Sigismundo.

D. Parey.

Ex Germanico.

274.

Serenissime Princeps Elector Domine Clementissime
Gratum S^{ti} Vrae fuisse RENOVUM meum et literae tam
venerabiliter ad me scriptae, et aurea effigies mihi per D. Sul-
zetum nostrum dono oblata abunde satis declararunt
utroque igitur nomine scitum me serenitati vestrae obsequium
esse obstrictum, Patri coelesti incredibilis agens gratias,
quod S^{ti} Vrae hunc largitus est animam, ut vulnera
Ecclesiae indies recrudescens, non tantum agnoscere
didicerit, sed et mederi illi omni cura adnitatur.
Etsi vero periculosa haec tempora, in qua incidimus,
quando Satanas contra Christum et Ecclesiam indies
magis ac magis furere pergit, nondum permittunt, ut
pax Ecclesiae in componendis religionis dissidiis fabri-
cari firmiter possit, nihil tamen dubito, quin ubi
visum illi fuerit, tandem aliquando afflictis sed Eccl-
esiae sit opitulatur, ac Satanae conatus impeditur,
adeoque toto pectore omnipotentiam illi invoco, ut
coeptum hoc reformationis negotium in S^{ti} Vrae
territoriis spiritus sui S. gratia paterne velit promo-
vere, atque imprimis, ut S^{ti} Vrae ita benedicat, ne in
pietatis hoc zelo fatiscat, ut ut Satanas omnem lapidem
movere occipiat, quo primum hoc opus impedire queat.
Haec nempe ratione Deus constantiam S^{ti} Vrae ex-
plorare vult, ac fidem. v. d. 18. Martij 1632.

1622

An. Henrico Flockenio Ludovicus Crocius S.

275.

Quam uber ego in scribendo, tam contumax tu ~~in respondendo~~ mihi sua-
visime Henrice, in silencio, ut prope absit, ut tibi conviciam fa-
ciam. De Leideni Professoratu, ex jure, primario aliquoties per lite-
ras expostulatus sum, quae sit illi conditio, quantum stipendium, quae
dignitas, et an etiam ex aula et negotiis publicis aliquid perti-
neat ad eum. Novi n. virum summum, quo nempe rectius professo-
rati illum ornaret, siquidem satis laeta essent laborum cura-
rumque praemia. Haec iterum ad te breviter, ut actutum responderem.
Subiungunt n. illum duo Reges Hung et Sacy, et omnium Electores, quibus in del-
cis esse Festina igitur responsum. Dat. Brevis 13. Cal Aprilis 1632.
Tuis in officio
L. Crocius S.

Scripto. An myn Heeren Henr. Flockenius Student
tot Leiden.